

grave damnum ex declaratione sequi, non tenetur ipse etiam juratus de illo deponere, nisi ex occultatione magnum damnum sequeretur, ut supra diximus. Quod si sciat, aliquod factum, de quo, ut de delicto interrogatur, non continere culpam, potest illud occultare: v. g. si de homicidio factò à Titio interrogetur, cum sciat, esse commissum casu, vel errore, vel causa propriæ defensionis, tunc non tenetur illud declarare, cum Judicis interrogatio supponat culpam, quæ certè in factò non datur. In his igitur casibus, si testis à Judice testimonium dicere cogatur, potest subterfugio verborum, & aliqua amphibologia Judicem eludere. Quando privilegiati sunt adhibiti testes in aliquo contractu, vel testamento, si postea super illo lis moveatur, non possunt excusari à testimonio dicendo in judicio prætextu sui privilegii, quia jam ei renuntiassent. *Glos. in L. 8. ff. de Testib. V. Non licet.* Et licet tempore mediæ Jurisprudentiæ solum in criminibus testes deponere cogerentur, ut ex variis Testibus notat *Gonz. in c. fin. h. t. n. 5.* hodie tamen de Jure Civili potest quis cogi testificari in causa civili, vel criminali. *L. 16. C. de Testib. imò & de Jure Canonico* in utraque causa deponere cogitur testis, quando ejus testimonium ob probationum inopiam esse necessarium, ut de variis criminibus constat in *c. 4. c. 8. c. 9. c. fin. h. t.* Et quamvis in *c. 10. h. t.* dicat Pontifex, quod testes cogantur testimonium perhibere, præterquam super criminalibus: non probat, quod absolute non possint compelli in re criminali deponere: sed tantum voluit Pontifex, quod in illa causa civili, quam ibi delegavit, non cogerentur testes deponere super criminibus, quæ in ipsam causam delegatam incidenter. Et ita tenendum est cum *Hostiens. Gauzin. & Gonz. in c. fin. h. t. n. 8.* contra *Barbos. in c. 10. h. t. & alios.*

TIT. XXII.

De Fide instrumentorum.

176 **I**nstrumentum ab instruo originem ducit, & latè sumptum significat omne illud, quo quis ad operandum utitur: sic dicimus arma esse bellorum instrumenta. Sic ligones instrumenta Agricultoris, sic penicilos instrumenta Pictoris dicimus. Aliquando sumitur pro apparatus, vel ornamento fundi, vel ta-

beræ sic dicitur fundus instructus in *L. 1. ff. de Instru. & Instrum. legat.* sed in præsentem instrumentum sumitur pro Scriptura facta ad probationem alicujus rei, vel facti: quia tali Scriptura instruitur Judex ad causæ definitionem. Et est species, & quidem non ultima probationis, quæ quidem dicitur vox mortua ad distinctionem depositionis testium, quæ per vivam vocem ipsorum fit. Sic *Rex N. Alfonsus in Proem. tit. 18. p. 3.* Instrumentum ergo propriè, & in hoc sensu acceptum est duplex: aliud est publicum, aliud privatum. Publicum est illud, quod auctoritate publica, manu scilicet Notarii, seu Tabellionis factum, ac firmatum est. *c. 2. h. t. L. 1. tit. 18. p. 3. ibi: Ay otra Escritura, que llaman Instrumento publico, que es fecho por mano de Escrivano publico, ò de Consejo.* Instrumentum privatum est illud, quod à persona privata, vel sine debitis solemnitatibus confectum est. Publicum rursus est duplex: aliud dicitur Protocolium, aliud transumptum. Protocolium, quod etiam abbreviatura appellatur est quædam succincta, brevis, & sumaria rei gestæ annotatio memoriæ causa facta, ex qua postea in formam solemnem redigitur instrumentum. Transumptum, quod simpliciter venit nomine instrumenti publici, est instrumentum authenticum originale, in quo res gesta plenè exponitur, conficiturque cum debita solemnitate, & ex Protocollo desumitur. Quod si ex aliqua causa hoc transcribatur, exemplum, seu copia dicitur, & aliquando exemplar appellatur; licet exemplar propriè sit Scriptura matrix. Et expedit duas, vel tres copias ex originali extrahere, ut si una amittatur, vel vetustate corrumpatur, maneat altera. Similiter quando timetur, quod instrumentum vetustate pereat, debet renovari; *arg. c. 4. de Confirm. util. ne veritas occultetur, & copia probationis subtrahatur.* Protocolium in nostra Hispania est Scriptura matrix, quæ à partibus fit coram Tabellione, & ab ipso asservatur in suo officio: dicitur Protocolium, quasi primum membrum, teste *Nebrissensi.* Etiam dicitur Registrum, seu Regestum. Et Protocolium sumitur pro volumine, in quo instrumenta Notarium, & similia registrantur, & ex quo Scripturæ describuntur. Sic dictum à verbo Græco, quod primum glurinum, seu collam, qua libri conglutinabantur significat.

177 Instrumentum ergo publicum legitime confectum se solo plenè probat tam pro ipsum producente, quam contra ipsum in his, quæ continet, & de quibus

dispositivè loquitur. *c. 2. h. t. L. 15. C. cod.* non verò probat circa ea, quæ enuntiativè, vel tantum incidentè referuntur, nisi in factis antiquis. Instrumentum verò tertio non præjudicat: solum etenim præjudicat illis, inter quos factum est, & suis successoribus universalibus, & particularibus: secus aliis. *Apostille, additiones, in initio, fine, vel margine positæ:* item Cancellationes, interlineationes, & rasuræ, si non generalitèr, sed sigillatim de ipsis singulis in fine instrumenti fiat mentio, notaque apponatur specialis à Tabellione, eandem fidem faciunt. Protocolium etiam plene probat. *c. 11. de Probation.* etiam antequam extractum sit instrumentum originale, & etiamsi Tabellio non ostendisset partibus Protocolium, vel etiamsi Tabellio ante confectio-nem instrumenti decedat: quia non Protocolium ab instrumento, sed instrumentum à Protocollo, quod est ejus matrix vim probandi habet, ac consequentèr, si Protocolium instrumento adversetur, statim Protocollo potius, quam instrumento: *arg. L. 9. tit. 19. p. 3.* Copia, vel exemplum propria auctoritate extractum ex instrumento publico, cum manu Tabellionis careat, qui est testis publicus, & cui fides publica debetur, nihil probat. *c. 1. h. t. Et ibid. Barbos. & Gonz. L. 18. C. de Probation.* præterea, quia possunt inveniri in originali Cancellationes, vel rasuræ, quæ ipsum vitiosum reddant, & non apparent in copia, vel exemplo. Si verò ab eodem Tabellione, qui fecit instrumentum sit transcriptum exemplum, etiam sine Judicis auctoritate, fidem facit, ut tamen à diverso Tabellione transcribatur, requiritur Judicis auctoritas, & quod fiat ad instantiam partis, citatis eis, quorum interest, & debet cum originali concordare: quod si discordet, originali statur, seu Protocollo. *L. 9. tit. 19. p. 3. Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 31.* prædictis tamen solemnitatibus adhibitis exemplum plenam fidem facit sicut originale. *c. fin. h. t.* sine illis tamen facit magnam præsumptionem, si à Tabellione sit extractum. Instrumentum publicum sæpè habet clausulam, quam *guarentigiam* dicimus, per quam quis se obligat, ut adversarius contra ipsum agat ad executionem tantquam si esset in jure confessus, vel à Judice competente legitime condemnatus per sententiam, quæ in rem judicatam transiisset. Hæc clausula *guarentigia* dicitur à quodam verbo Tusco, quod significat firmitatem, & robur addere. Quando igitur

instrumentum talem clausulam continet, habet paratam executionem: seu statim potest fieri executio pro re in instrumento contenta: quod in toto Orbe servari tenent DD. sed in nostra Hispania, etiamsi hæc clausula careat instrumentum publicum, adhuc habet paratam, executionem. *L. 2. l. 5. tit. 21. lib. 4. R. C.* Tutius tamen est, talem clausulam addere, & sic fit frequentèr. Quoad modum conficiendi instrumentum publicum in nostra Hispania hæc debent servari. Tabellio enim, qui instrumentum venditionis, v. g. conficit, debet illud integrè, & extensè de verbo ad verbum in Protocollo, seu registro, quod in suo officio habet, scribere, postea partibus, & testibus legit, & si consentiant in instrumentum, debent subscribere, vel alii eorum nomine, si scribere nesciant, & hoc ibidem debet notari à Tabellione: quod si aliquid est additum, correctum, vel cancellatum debet ante Tabellionis subscriptionem ab ipso sigillatim notari. Nec possunt Tabelliones instrumentum publicum conficere, nisi prius integrè in Protocollo sit scriptum. Insuper instrumentum ex Protocollo extractum publicè, & præcisè debet continere, quod est in Protocollo scriptum: nec plus, nec minus, exceptis subscriptionibus partium, & testium: alièr factum nullum est, & Tabellio privatur officio, in habilis ad aliud redditur, & parti solvere interesse tenetur. *L. 13. tit. 25. lib. 4. R. C.*

178 Instrumentum igitur publicum, ideò tale est, & dicitur, quoniam conficitur à persona publica, quæ quidem à Supremo Principe, non tamen ab alio, nisi ex privilegio, ad publicam fidem faciendam constituta est. *L. 1. tit. 25. lib. 4. R. C.* Et hæc quidem in Tribunalibus Ecclesiasticis dicitur *Notarius*, in Sæcularibus *Tabellio*, seu *Escriba. Hispanè: Escribano*, in Superioribus Audientis, & Senatibus dicitur *Secretarius*. Si assistat in Cancellariis Regiis dicitur: *Hispanè, Escrivano, ò Secretario de Camara.* Si in Curia Regia: *Secretario del Consejo:* quod si immediate Regi assistat dicitur: *Secretario de Su Magestad.* Si Pro-Regi: *Secretario de Gobierno.* Dicitur *Tabellio*, quia *tabellis* scribit: *Notarius*, quia *notis* excipit, & affigit res gestas: *Secretarius*, quia *secretum* exactè debet servare. *L. 4. tit. 19. p. 3.* Tabellio debet esse Laicus: nullus enim Clericus præcipuè in Sacris constitutus, hoc officium assumere valet. *c. 8. Ne Clerici, vel Monach.* Imo in nostra Hispania, si Clericus sit *Tabellio*

bellio non potest tali officio uti in rebus temporalibus, nec inter Laicos: quod si forte aliquod de his rebus instrumentum faciat, erit nullum. *L. 20. tit. 25. lib. 4. R. C.* Notarius tamen bene potest esse Clericus, cum ad res Ecclesiasticas constituatur: sed minimè potest excedere limites suæ potestatis, nec officium exercere in negotiis non contentis in sua concessione; *arg. L. 5. ff. Mand.* Et præcipuè in nostra Hispania, ob *L. 19. tit. 25. lib. 4. R. C.* ubi scriptura facta à Notario Ecclesiastico de rebus ad Laicos, vel jurisdictionem Regiam pertinentibus, est nulla: quinimò Notarius, & Laici, qui contra hanc Legem aliqua faciant instrumenta, amittunt medietatem suorum bonorum, & à Regno ejiciuntur, ad arbitrium Regis. Tabellio, ut suo muneris, ut debet in justitia, & conscientia, satisfaciatur, debet scire, quæ ad suum pertinent officium. Et hac ratione in nostra Hispania antequam ipsis officium conferatur, in Supremo Regio Senatu examinantur. *L. 4. tit. 19. p. 3. l. 1. tit. 25. lib. 4. R. C.* Et insuper, ut ad examen admittantur, debent exhibere informationem de vita, & moribus facta à Judicibus Oppidi, in quo degunt. *L. 3. tit. 25. lib. 4. R. C.* debentque habere 25. ætatis annos completos. *L. 30. tit. 25. lib. 4. R. C.* debentque jurare fidelitatem servaturos in libris sui officii custodiendis, & in sui officii usu. *L. 24. tit. 25. lib. 4. R. C.* Præterea, ut Tabellio ritè conficiant instrumentum, debet omni impedimento, & inhabilitate ad illud conficiendum carere: ac proinde, si sit excommunicatus vitandus, & faceret instrumentum, hoc esset nullum: si tamen à tolerato fieret, valeret, sed posset per exceptionem infirmari. Nec debet instrumentum facere nisi rogatus à partibus, v. gr. in testamento à defuncto, in contractibus à contrahentibus. *L. 9. tit. 19. p. 3.* si irrequisitus faciat, suspectus habetur: Instrumenta etenim aded strictè sunt examinanda, & interpretanda, juxta suos terminos, ut si Tabellio aliquid in instrumento ponit non rogatus, sed propria autoritate, vel si non interfuit alicui articulo ex contentis in instrumento: quoad illam partem non habet Tabellio fidem publicam: ac proinde non probat instrumentum. Denique, si factum, de quo testatur, aliquam causam cognitionem requirat, interponi debet judicialis autoritas. Nec potest Tabellio conficere instrumentum, nisi de rebus, quas ipse vidit, vel audivit, vel quibus interfuit. De his ergo instrumentum faciet, nisi aliunde à lege prohibeatur.

179 Tabelliones in multiplici sunt differentiatione: alii enim sunt Regii, alii Numerarii, alii Capitulorum, & alii plures. Vide *L. 1. tit. 19. p. 3. l. 1. & seqq. tit. 25. lib. 4. R. C.* Et quidem in locis, in quibus in nostra Hispania certus numerus Tabellionum est designatus: qui dicuntur *Escribanos del Número*: solum qui sunt de tali numero, & non alii, quantumvis publici Tabelliones sint, possunt suis officiis uti, & conficere instrumenta super contractibus, celebratis inter partes, obligationibus & testamentis. Ubi talis numerus non est, possunt hæc instrumenta à quolibet Tabellone publico confici: & idem est, in locis, ubi resident Cancellariæ Regiæ, & in aliis casibus contentis in *L. 1. tit. 25. lib. 4. R. C. & alibi.* Notarius igitur, seu Tabellio publicus, non solum intra territorium ipsum constituentis potest facere instrumenta publica, quæ etiam alibi, ut talia habeantur pro subditis, sed etiam pro extraneis, & peregrinis, si ab eis rogetur: quin etiam extra constituentis territorium potest ea conficere, ut intra territorium constituentis valeant: quia confectio instrumenti non est actus jurisdictionis, sed muneris: non tamen potest instrumenta facere extra territorium pro subditis Principis illius territorii, quia respectu illorum censetur persona privata; *arg. L. 3. ff. de Offic. Præsid.* ad deinde esset ultra, vel contra constituentis intentionem. Instrumentum ergo, quod est formatum juxta Leges Regni, in quo conficitur, etiam in alio quocumque Regno probat ex com. DD. consensu dummodo in loco, in quo præsentatur, probetur duobus testibus, esse confectum ab eo, qui saltem fama publica erat Tabellio, vel tali utebatur officio. *L. 15. tit. 18. p. 3. Gonz. in c. 1. h. t. n. 9.* At verò ut instrumentum in nostra Hispania factum fidem in his Indiarum Regnis faciat, vel è contra, ultra signum Tabellionis; qui instrumentum confecit, debent insuper tres Tabelliones fidem in ipso instrumento facere, illum esse Tabellionem, & tale officium exercere, & illo signo uti, & postea ipsi subscribunt: non tamen apponunt signum sui officii.

180 Instrumentum debet confici juxta normam descriptam à Hierem. cap. 32. v. 44. ibi: *Agri ementur pecunia, & scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebitur.* In Nostra igitur Hispania Instrumentum debet scribi in charta sigillata. *Hispanè: Papel Sellado,* debet enim

enim habere Regium Sigillum: & sanè, quod sit confectum pro illo anno, vel si alterius anni sigillum sit, debet pro eo anno esse habitatum, ut solet in Indiis fieri. *L. 46. tit. 25. lib. 4. R. C.* quæ solemnitas aded necessaria est, ut in Foro Seculari nullus admittatur libellus, qui non sit in charta sigillata scriptus. In Foro tamen Ecclesiastico talis chartæ nullus est usus. Etiam in instrumentis contractuum hæc solemnitas pro forma substantiali valoris illorum requiritur. *L. 44. tit. 25. lib. 4. R. C.* *Porque nuestra voluntad es, ait Rex Noster, añadir esta nueva solemnidad del Sello por forma substancial, para que sin ella no puedan tener perfeccion, ni valor alguno.* Quatuor enim sunt sigilla, quæ instrumentis pro illorum varietate, & diversitate personarum contrahentium debent adhiberi, primum dicitur: *Majus*, & reliqua, *secundum, tertium, & quartum.* In quorum limbo scriptum est: *Philipo V. Rey de las Españas: para el año de mil setecientos y treinta y seis:* prout disponitur in *L. 45. tit. 25. lib. 4. R. C.* ubi, & in Legibus sequentibus dicitur, quænam sigilla singulis Instrumentis correspondeant in Nostra Hispania. Sed quia pro Indiis aliud in hac parte statutum est, & hac regula nos uti debemus in his Regnis, conveniens duxi Legem servandam præsentem lectoribus facere. Sic enim habetur in *L. 18. tit. 23. lib. 8. R. Ind.* *Que aya quatro Sellos diferentes, primero, segundo, tercero, y quarto. En el Sello primero se han de escribir todos los despachos de gracia, y mercedes, que se hicieren en las Provincias de las Indias por nuestros Virreyes, Presidentes, Audiencias, Tribunales de Quantas, Governadores, y Capitanes Generales, Corregidores, y otros qualesquier Ministros de Justicia, Guerra, y Hacienda; y que si los tales despachos tuvierén mas que un pliego, todas las otras hojas se escriban en el papel del Sello tercero. El Sello segundo ha de ser para el primer pliego de todos los Instrumentos de Escrituras, Testamentos, y Contratos, de qualquier genero, y forma que sean, y que se huvieren de otorgar legitimamente ante Escribanos; y las demás hojas en los Protocolos, y Registros han de ser selladas con el Sello tercero. El Sello tercero ha de servir para todo lo judicial, y que se aduare, y fuere de justicia ante nuestros Virreyes, Chancillerias, Audiencias, Tribunales, y los demás Juezes, y Justicias de las Indias. Y lo compulsado, que se diere, de qualquier cosa, que sea, no ha de llevar mas que el primer pliego sellado con el Sello segundo, y lo demás en papel co-*

*mun. En el Sello quarto se han de escribir los despachos de Oficio, y de pobres de solemnidad, y de los Indios, publicos, ó particulares (si estos lo reduxeren à papel) y aun en tal caso, si falsaren los Sellos en que sea sellado, no sea causa de nulidad, por quanto nuestra intencion, y voluntad siempre ha sido, y es, aliviarlos de qualquiera carga, y gravamen. Y assimismo es nuestra voluntad que los instrumentos, ó despachos, que contra lo contenido en esta nuestra Ley se otorgaren, no hagan fe, ni se puedan presentar en juicio, ni fuera de él, ni dar título à las partes, porque desde luego los anulamos, é irritamos só las penas, y prohibiciones referidas: y hemos acordado poner precio fijo en la forma siguiente. El Sello primero, que vá en medio pliego entero, veinte y quatro reales. El Sello segundo, que vá assimismo en pliego entero, seis reales. El Sello tercero, que vá en medio pliego, un real. El Sello quarto, que también vá en medio pliego, un quartillo. Alla plura ad hanc materiam spectantia continentur, quæ ibidem, & in *L. 45. & seq. tit. 25. lib. 4. R. C.* possunt videri.*

181 In instrumento equidem integra vocabula ponenda sunt, non per abbreviaturas, quia facillè aliquid addi, vel detrahi potest. Debent etiam ex primi annus à Christi Nativitate, mensis, & dies, non per numeros, sed per litteras. Item debet exprimi locus, in quo instrumentum, & contractus fiunt: v. g. Civitas, quin, & aliqui addunt in quo Pago, vel domo. Olim verò instrumentum sine die, & Consule confectum vires obtinebat: secus hodie. Negotium itidem clarè, & distinctè cum suis circumstantiis, conditionibus, ampliationibus, & limitationibus narrandum est, v. g. Petrus Diaz vendidit domum, quæ est in foro, centum argenteis Bugno Simensi Mercatori, qui partim mercibus, partim pecunia pretium solvere promissit. Non autem statim numeranda pecunia, sed cum Navis ex Acapulco venerit. Etiam debent apponi nomina testium, coram quibus negotium, vel contractus celebratur. Et hi quidem debent saltem duo esse: non tamen debent subscribere, nisi in casibus in jure expressis, ut in Testamentis. Denique Tabellio debet subscribere suum nomen, & cognomen. Et quamvis instrumentum possit ab alio scribi. *Arg. c. 6. V. Instrumentum, h. t.* non tamen potest ab alio loco Tabellionis subscribi, quippè munus personale est, quod nequit alii delegari, cum personæ industria sit electa, ut fidem scriptis præstet. Et ita communi praxi ser-

vatur, etiam in Nostra Hispania, licet in L. 13. tit. 25. lib. 4. R. C. jubeatur, quod ipse Tabellio scribat. Et ita notat *Aceved. ibid. n. 5.* simul tamen cum subscriptione, & rubrica signum sui officii debet apponere: v. g. Crucem calamo depictam. Et sanè officii signum ipsis à Rege assignatur, ut sic facilius Tabellio valeat cognosci, &

Hago mi Signo ✠ En Testimonio de Verdad.

Juan Perez.

Escribano Publico.

In Supremis Senatibus, & Cancellariis sunt varii Tabelliones pro necessitate Tribunalium designati, & dicuntur *Escribanos de Camara*, qui debent in Tribunalibus assistere, ut testimonium, & fidem præstent de sententiis, Decretis, & aliis Senatorum dispositionibus, & ibi quidem fidem dant, & subscribunt hoc modo: Ante mi. *Juan Lopez*. Debentque recipere libellos, & petitiones litigantium, non tamen quando jam sedent Senatores in Tribunali. Et ibidem petitiones præsentant, & legunt prædicti Tabelliones, scribuntque sententias manu propria, præsertim in rebus arduis. Et in scripturis debent apponere quidquid à partibus pro suo stipendio, *Hispanè: Por sus derechos*, acceperunt. De quibus latè agitur in *Tir. 20. lib. 2. R. C.* Et in *L. 23.* dicitur: *Mandamos, que cada, y quando que los Escribanos de nuestro Consejo, y audiencia, los otros Consejos, y Juzgados de nuestra Corte, contenidos en las Ordenanzas de Medina, à quien no se ha dado Aranzel, hubieren de aver derechos de vista de los procesos, que ante ellos passaren, que no lleven mas por hoja, y tira de processado de un maravedí, y dos por la hoja, y tira de lo junto, y apretado, como està proveydo por la dicha Ordenanza, la qual declarando, mandamos, que hoja, y tira se entienda ser, que por cada hoja de medio pliego de papel, escrita de ambas partes, se cuenten quatro tiras, con que en cada plana de tal hoja aya treinta y tres renglones, y en cada renglon diez partes. Y que à este respecto puedan llevar lo contenido en la dicha Ordenanza de cada parte, como se ha interpretado hasta aqui: lo qual mandamos, que assi guarden sin embargo de qualquier Cedulas, y tassaciones, y tabla, y costumbre, que hasta aqui aya avido, y que esto se entienda en los procesos, y proban-*

comparatio fieri cum aliis scripturis ejusdem. Et propterea in Hispania tale signum est de substantia instrumenti. *L. 54. tit. 18. p. 3. Et ibid. Greg. Lopez. V. Su signo.* Et deducitur ex *L. 12. l. 13. tit. 25. lib. 4. R. C. Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 31.* factio igitur instrumenti sic Tabelliones subscribunt, & signant.

zas, que se hicieren, y passaren en nuestro Consejo, y Audiencias, y Juzgados, y en los Consejos de Inquisicion, è Indias, y Ordenes. Pero en quanto à los processos, que à ellos vienen en grado de apelacion de otros Juzgados, mandamos, que tengan treinta y cinco renglones, y quinze partes en cada plana de medio pliego, y que à este respecto lleven sus derechos de vista los dichos Escribanos, si me nos partes, y renglones tuvieren. Sunt præterea, & alii Tabelliones, qui ad receptionem testium, & alias commissiones in Cancellariis deputantur, & dicuntur *Receptores*, de quibus in *tit. 22. lib. 2. R. C. Et in tit. 27. lib. 2. R. Ind.*

182 In foro autem Ecclesiastico Notarii nullo Signo utuntur. Nec in Nostra Hispania est in usu, apponi sigillum proprium Notarii, quod fortè alibi est in usu. Quæ omnia habentur in *L. 54. l. 114. tit. 18. p. 3. l. 7. tit. 19. p. 3.* Et quamvis in *L. 54.* præter Tabellionem, qui conficit instrumentum duo alii Tabelliones tanquam testes requirantur, hoc jam non servatur, nisi in Civitate Hispalensi, ut notat *Greg. Lop. ibid.* forma prædicta faciendi instrumenta non potest à partibus renuntiari cum ob favorem publicum inducta sit. *L. 38. ff. de Pañis. Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 30.* factio jam primo instrumentum publico potest idem Tabellio, etiam parte contraria non citata, & sine judicis autoritate, se tantum propria dare parti aliud, & aliud transumptum, quando nempe ex tali receptione instrumentorum nullum damnum alii sequi valet. Si verò ex repetitione instrumentorum posset alicui damnum sequi: quia in instrumentum se obligavit ad aliquid dandum, vel faciendum, ita ut ex repetitione instrumenti bis posset idem debitum, vel factum exigi: tunc quidem non potest

Tab-

Tabellio dare transumptum; nisi parte contraria citata, & de Judicis autoritate, ne fortè illud debitum bis petatur. *L. 10. tit. 19. p. 3. l. 16. l. 17. tit. 25. lib. 4. R. C. ibi: Mandamos, que despues que el Escribano diere una vez la tal Escritura signada à la parte à quien perteneciere, que no se la de otra vez, aunque alegue causa, ò razon para ello, salvo por mandamiento de la Justicia llamada la parte, so pena de perdimiento del oficio, y de pagar el interese, ò daño, que por dar la tal Escritura otra vez, se recreciere.* Idem potest ficere Tabellio successor in officio, cui libri, & protocolla tradita sunt. *L. 24. tit. 25. lib. 4. R. C.* Et ne Tabelliones in exigendis immoderatis stipendiis excedant, statutum est, ut in processu notent (& subscribant) quidquid à partibus recipiunt. *L. 6. l. 35. tit. 25. lib. 4. R. C.* sunt præterea in nostra Hispania, & Indiis plures Chartæ, Tituli, & Provisiones Regiæ, quæ Regio debent muniri sigillo, & prius debent registrari, & transferri de verbo ad verbum in Registro, vel Registro à Præfecto Registris. *Hispanè: Registrador*, vel ejus delegato. *L. 1. tit. 15. lib. 2. R. C. Y que el dicho Registrador, ò su Lugar teniente, ponga entera mente su nombre en la Carta que registrar, y asimismo en el Registro que en su poder tuvieren: Y mandamos, que el que tuviere el Sello, no selle la tal Carta, y Provision, fasta que de palabra à palabra sea assentado en el Registro, so pena de perder el oficio.* Postquam verò in Registro Charta, vel Provisio transcripta est Regium sigillum apponitur à Cancellario majori, vel ejus delegato. *L. 5. tit. 15. lib. 2. R. C.* ubi additur: *Y el Chanciller no selle Provision alguna de letra processada, ni de mala letra; y si la traerzen al Sello, que la rasguen luego, pues esto conviene à su oficio, y que selle sobre papel; y para esto sea la cera colorada, y bien adovada de guisa, que no se pueda quitar el Sello.* Et hinc dicitur Cancellarii locus, ad quem hujusmodi literæ sigillandæ feruntur, si legitime, & justè sint: vel etiam Cancellandæ, & rumpendæ, si alicum patientur defectum. *L. 6. tit. 20. p. 3.* Quænam Chartæ sigillari debeant, & quid singularum sigillatione dandum sit, habetur in *L. 10. l. 11. tit. 15. lib. 2. R. C.* Et hoc pretium triplicatur in Indiis. *L. fin. tit. 21. lib. 2. R. Indiar.* Olim quidem Cancellarii Sacri Palatii Quæstores dicebantur, cum aliqui tamen differentia, ut notat *Greg. Lop. in L. 4. tit. 9. p. 2. & facit Lum. ff. de Offic. Quæst.* Tempore autem Imperatorum

Tom. I.

Theodosii, Arcadii, & Honorii nomen Cancellarii fuit introductum. Ipse quidem erat Officialis Judicium à secretis, qui edicta conscribebat in loco Consistorii proximo, qui certis reticulis, seu Cancellis clauderetur, unde juxta aliquos nomen Cancellarii originem sumpsit juxta illud *Poeta Volutianus erat præcelso nomine quidam, Urbis Patricio, toti delictus, & Urbi, atque à Cancellis prisco de more Minister.* Facit *L. 2. tit. 8. lib. 2. Ord. Reg. ibi: Ordenamos, que el nuestro Chanciller, que en qualquiera Casa que estuviere, è fuera con los nuestros Sellos, haga una red de madera, con una puerta, que se pueda cerrar, y entre quien quisiere fasta la red. Et licet olim Cancellarius à Tabellione, seu Scriba non multum distaret progressu tamen temporis hoc officium magnæ fuit æstimationis, ut patet in Galliæ Regno, ubi Cancellarius primus Coronæ Minister in concernentibus justitiis, & omnium Senatuum Caput dicitur, Regium sigillum servat, & olim magnus Referendarius appellabatur *Diñon. de Trevoix. V. Chanciller.* In nostra item Hispania magnæ dignitatis fuit, ut patet ex *L. 1. tit. 8. lib. 2. Ord. Reg. El oficio de Chanciller es de gran fidelidad, y verdad, y por el se rige, y gobierna la nuestra Justicia del nuestro Señorio.* Ejus namque officium pro nostra Hispania luculentè describitur à nostro Sapientissimo Rege *Ildephonso, in L. 4. tit. 9. p. 2. ibi: Chanciller es el segundo Oficial de Casa del Rey, de aquellos que tienen oficio de poridad. Cð bien assi como el Capellan es medianero entre Dios, y el Rey espiritualmente en fecho de su anima. Orrosi lo es el Chanciller entre el, è los homes, quanto en las cosas temporales. E esto es, porque todas las cosas, que el ha de librar por Cartas, de qual manera quier que sean, han de ser con su sabiduria, è el las debe ver ante que las sellen, por guardar que non sean dadas contra Derecho, por manera que el Rey non resciba ende daño, nin verguenza. E si fallasse que alguna, y havia que non fuesse assi fecha, è debela romper, ò desatar con la peñola, à que dicen en Latin Cancellara, è de esta palabra tomò nome Chancilleria.* *L. 6. tit. 20. p. 3.* Cancellare ergo scripturam est quando lineis transversis, & deusatis in modum Crucis S. Andree Cancellis. *Hispanè: Celosias* representantibus, instrumentum, seu scriptura deletur, ita ut jam non habeat vim, nec efficaciam in judicio, & *Hispanè* etiam dicitur: *Cancelar la Escritura.* Si verò aliquod tantum verbum deletur, in phrasi judi-*

Qj 2

cia

ciali dicitur: *Testado*. Et sic quidam Poeta de quodam Cancellario loquens ait: *Hic est, qui Regni Leges cancellat iniquas, &*

mandata pii Principis aqua facit. Sic ergo sigillum Regium à Cancellario, vel ejus delegato apponitur.

Registrado.

Por el Gran Chancillèr.

L.S.

Don Andrés Gomez.

Don Andrés Gomez.

In aliquibus Ecclesiis Scholasticus, seu Scholæ Magister Cancellarius vocatur. *L. 7. tit. 6. p. 1.* Et reddit rationem: *Porque de su oficio es de hacer las cosas, que pertenecen al Cabildo en aquellas Iglesias, donde es assi llamado*. In Academiis Cancellarius dicitur, qui habet potestatem conferendi gradus litterarios, & expediendi omnia ad eos spectantia, Titulosque graduum sigillat, aliasque provisiones ad universitatem pertinentes. Sic enim Scholasticus Salmantinus, qui etiam est Universitatis Cancellarius, ex facultate, quam à Papa, & à Rege habet, confert gradus Licentiatum, Magisterii, & Doctoratus in omnibus scientiis. *Mendo de Jure Academi- co, lib. 1. g. 6. n. 170.*

In Roma quidem Curia ipse Summus Pontifex est Ecclesiæ Cancellarius Supremus, Cardinalis verò, qui Cancellariæ præest, nunc Vice-Cancellarius dicitur, licet aliquando Cancellarius (quo jure, dissident Authores) fuerit appellatus. Et sanè jam à tempore S. Damasi hoc officium in usu erat: Divus namque Hieronymus ejus Secretarius, & Vice-Cancellarius fuit. Postea Præses fuit vocatus, & sub se duodecim Officiales habebat, qui Scrinarii appellabantur. De his Scrinariis fit mentio in *c. 13. de Præscription.* & notat *Glossa*, quod Tabelliones appellantur Scrinarii. Nunc quidem Cardinalis Vice-Cancellarius habitat in Palatio, quod Cancellariæ nuncupatur, ubi ipsa Cancellaria, tamquam per speciem magni Tribunalis statutis diebus habetur, atque functiones peraguntur, ibique disputationes publicas sustinent, qui Rotæ Auditorio, vel Advocatorum Consistorialium Collegio cooptandi sunt. Vice-Cancellarius, mortuo Papa, à sigillo nomen Papæ defuncti aufert: nequid eo tempore sigillari valeat. *Diſtion. de Trev. V. Bullæ.* Ad hujus namque Vice-Cancellarii munus spectant, & per ejus manus transeunt primaria, & graviora Sedis Apostolicæ

negotia, qualia sunt acta Consistorialia, litteræque, & Decreta Apostolicarum provisionum super Collationibus Dignitatis Cardinalitæ, & super provisionibus Ecclesiarum Patriarchalium, & Cathedralium, Abbatiarumque Consistorialium, & super reservationibus pensionum, quæ motu proprio per Papam super eisdem Ecclesiis, vel Monasteriis fiunt. Item litteræ super provisionibus aliorum beneficiorum: necnon super Apostolicis dispensationibus, aliisque gratis, & concessionibus, quæ fiunt extra Consistorium per organum Datarii. Ibidem ergo omnes litteræ, & Bullæ super prædictis efforantur, adeo, ut data proportionem Cancellarius Episcopi universalis possit appellari: nam sicut in singulis Diocesis quilibet Episcopus Notarium, seu Cancellarium majorem habet, qui acta Synodalia, & judicialia, ac etiam Pontificalia conscribit, & Authenticat: sic omnes litteræ Apostolicæ, quæ sub plumbo fiunt, non verò quæ in modum Brevis sub annulo Piscatoris conscribuntur, in Cancellaria, & per organum Vice-Cancellarii expediuntur. In quo munere plures Officiales occupantur, quorum aliqui majores dicuntur, annexam Prælatum habentes, quales sunt Abbreviatores de parco majori. Alii minores appellantur. Et inter omnes primum locum obtinet Cancellariæ Regens. Abbreviatores sic dicuntur à Summariis supplicationum, quæ conscribunt. Abbreviatores de parco majori duodecim sunt, qui cum Prælati sint habitum violaceum portant. Abbreviatores de parco minori sunt viginti, & duo. Sunt præterea Solicitatores, seu Jannizeri, Plumbatores, Registratores, & alii plures Officiales etiam laici, & uxorati, qui in expeditione Bullarum occupantur. *Cardin. de Luca, lib. 15. p. 2. disc. 10. Calderon de Excellens. Romæ, p. 2. lib. 5. cap. 2. Diſtion. de Trev.* Regens, & duodecim Abbreviatores de parco majori regularitèr solent esse Referendarii sig-

signaturarum justitiæ, & gratiæ. Ad Referendarios siquidem, *Hispanè: Relatores*, lites, & causas utriusque signaturæ coram Sanctissimo referre spectat. Inter quos duodecim votantes appellantur, quippe ipsi soli votum habent, & solum in votorum paritate votum dat Cardinalis Præfectus signaturæ justitiæ. In signaturæ autem Gratæ, quæ semper habetur coram Papa, nullus habet votum: nam gratiæ solum à Principe pendunt, licet sæpe ipsæ Cardinalium, & Referendariorum opinionem exquirat. Est præterea in Curia Romana aliud Tribunal, quod *Dataria* appellatur, & qui ei præest Datarius, non à verbo dare, quia non ipse, sed Papa dat beneficia: sed à verbo *datate*, sic nuncupatur. Si dignitate fulget Cardinalitia *Protodatarius* dicitur, & plures sub se Officiales habet, ex quibus duo primi, seu majores, unus *Subdatarius*, alter, *per obitum* appellatur. *Subdatarius* ex ordine Advocatorum, vel Patronorum in materia beneficiorum peritus assumitur, Alter ex ordine Procuratorum Datarie assumi solet. Datarius quidem confert per se, quin Pontificem cerciorare debeat, omnia beneficia Ecclesiastica, quæ non excedunt valorem viginti quatuor ducatum de Camera: in reliquis beneficiis Papam monet, ut provideat, eique merita supplicantium refert. Beneficia tamen consistorialia nullatenus ad ipsum spectant. Signatis igitur supplicationibus manu Papæ Datarius datam adjicit, quam aliquando melius informatus potest, ac solet negare. Data posita transeunt supplicationes per Revisores, qui easdem supplicationes quantumvis signatas, & datatas impurisque corrigunt, ac reformant, postea ad Registratorem seu Magistrum Registratorum feruntur, qui eas recognoscit, & distribuit Registratoribus inferioribus, qui eas fidelitèr registrant, & transcribunt in libris, seu registris Ordinatis, quæ in tempora in Apostolico Archivo reponuntur. Et in supplicationis dorso quamdam *R* majusculam apponunt. Per hunc registrationis actum sequi dicitur omnimoda gratiæ perfectio, adeo ut tunc jus quæsitum gratiæ dicatur, non autem prius cum potius via, quam in termino gratiæ esse censetur: & denique in Cancellaria Bullæ expediuntur. *Subdatarius* curam habet de omnibus supplicationibus matrimonialibus, & beneficialibus, exceptis beneficiis, quæ per obitum vacant, quippe quæ ad substitutum Datarii, qui *per obitum* dicitur, spectant. Officialis, qui parvæ datæ nuncupatur, ponit datam minorem, quam postea extendit Officialis, qui datæ majoris dicitur.

Pontifex enim supplicationem ei presentatam hoc modo signat: *Fiat ut petitur* ff. si Innocentius, v. gr. appellatur ipse Pontifex, adjecta, scilicet prima sui nominis littera. Data ponitur à Subdatario (nam ex quo Cardinales hoc habent officium non datant per se, sed per substitutum) die, quæ gratia conceditur hoc modo: *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, die prima Martii, Anni millesimi septingentesimi trigesimi septimi*. De quibus Latius *Cardinalis de Luca lib. 15. p. 2. discurs. 9. Calder. de Excellens. Romæ, p. 2. lib. 5. c. 1. Diſtion. de Trev. Morevi, & alii*. Litteræ quidem Apostolicæ, vel in forma Brevis, vel in forma Bullæ expediuntur. Breve etenim Apostolicum sunt litteræ Pontificiæ, vel in papyro, vel in membranis pergamens subtilibus, & candidis caractere Latino, ac nitido descriptæ, & à tergo cera rubra chordulis lineis inclusa illicæ, annuloque Piscatoris signatæ, ac manu Secretarii Brevis subscriptæ. Breve dicuntur, quia gratia concessa breviter, & succinè sine præfationibus conscribitur. Bulla dicuntur litteræ Apostolicæ, quæ per Cancellariam expediuntur sub sigillo plumbeo pendente ex chordulis conscriptæ in membranis pergamens magis nigris, & rudibus, atque antiquo caractere Gothicis. Si Bulla expeditur in materia gratiæ, sigillum plumbeum ex chorda serica rubri, & crocei coloris pendet. Si in materia justitiæ, vel contentiosa ex chorda cannabis sigillum pendet. Bulla quidem sic nuncupatur ab ipso sigillo plumbeo: hoc quidem ex una parte habet imagines Sancti Petri, & Sancti Pauli, & ex alia nomen Pontificis regnantis, & annum Pontificatus. Aliquando hujusmodi litteræ *Diploma* appellantur: quod quidem Epistolam sonat à Verbo Græco, quod conducipare, & in volvere significat: quippe tales litteræ involvuntur, & duplicantur. *¶ Benedicti XIV. in Constit. Gravissimum* supplicationis dorso quamdam *R* majusculam apponunt. Per hunc registrationis actum sequi dicitur omnimoda gratiæ perfectio, adeo ut tunc jus quæsitum gratiæ dicatur, non autem prius cum potius via, quam in termino gratiæ esse censetur: & denique in Cancellaria Bullæ expediuntur. *Subdatarius* curam habet de omnibus supplicationibus matrimonialibus, & beneficialibus, exceptis beneficiis, quæ per obitum vacant, quippe quæ ad substitutum Datarii, qui *per obitum* dicitur, spectant. Officialis, qui parvæ datæ nuncupatur, ponit datam minorem, quam postea extendit Officialis, qui datæ majoris dicitur.

183 Instrumentum privatum est, quod non à persona publica, qua tali, sed à personis privatis, vel sine prædictis solemnitatibus est confectum. Hujusmodi instrumentum aliud est *Authenticum*; non *authenticum* aliud. *Authenticum*, quod teste Nebrisenis, sic dicitur, quasi *authoritatem habens*, est illud, quod aliunde, quam à Notario, seu Tabellione habet vim plene probandi, & cum plenam fidem faciat, quod effectum, publicum potest appellari. Et sic

siæ plerumque authenticum pro publico, & contra publicum pro authentico accipi solet: in re tamen distinguuntur, nam licet omnis scriptura publica sit authentica, non tamen omnis scriptura autentica est publica. Authentica ergo censetur. 1. Acta judicialia, testamenta, Codicilli, emancipatio, insinuatio donationis, & alia scripturæ, quæ autoritate Judicis publicantur. Quæ quidem omnia si debito modo confecta sint plenam fidem faciunt in omnibus instantiis, coram eodem Judice, vel subrogato, vel successore; *Arg. c. 11. de Testibus*. Etiam non secuta sententia, & non solum inter personas, inter quas actum est, sed etiam respectu aliarum. 2. Etiam pro authenticis habentur scripturæ privatae munitæ sigillo publico, & authentico alicujus Principis, Episcopi, Universitatis, Collegii, vel alicujus personæ in Dignitate Constitutæ, quæ tempore, quo producuntur, habeant sigillum, & sint subscriptæ ab oponente illud: & insuper debet notari, quod sigillum sit appositum in confirmationem scripturæ. Et licet quando scriptura pertinet ad officium sigillantis non sit necesse apponere testes, extra hunc tamen casum, duo saltem testes sunt adhibendi, qui saltem sint inscripti, quantumvis tuius erit, quod subscribant. Scriptura ergo sic confecta plenam fidem facit in præjudicium sigillantis, non tamen in illius favorem, nisi sit Princeps supremus. *c. 2. h. t. arg. L. 1. l. 114. tit. 18. p. 3. Tabellione Capituli Civitatum, vel Villarum fidem plenam faciunt in rebus ad Capitulum pertinentibus, ut ex L. 1. l. 26. lib. 4. R. C. deducit Hevia in Curia Philip. p. 1. §. 17. n. 28. Et idem dicendum venit de Secretarii Capituli Ecclesiastici, vel Universitatum, vel Collegiorum. Si scriptura sit munita sigillo alicujus privati, & ipse tale sigillum, ut suum recognoscat, plenè probabit in ipsius præjudicium, etiam sine ejus, vel testium subscriptione: nam sigillum loco subscriptionis succedit: non tamen probat contra tertium, multoque minus in favorem sigillantis, cum ipse non sit testis idoneus in sua causa. *L. 10. ff. de Testib. L. 10. C. eod.* Nec contra alium per suum solum testimonium probare possit. *l. 1. r. 18. p. 3.* Etiam ut authentice habentur scripturæ privatae à duobus, vel tribus testibus subscriptæ. Si enim testes subscriptionem, ut suam recognoscant, plenam fidem faciunt. *L. 11. C. Qui potiores. l. 114. tit. 18. p. 3.* Et hypotheca in tali scriptura constituta præferatur constitutæ in Chirographo simpliciter sine testibus, etiam-*

si hæc prior sit tempore, nisi Chirographum presentans probet, suam hypothecam fuisse prius constitutam. Si verò testes subscriptionem nequeant recognoscere: vel quia mortui sunt, vel in remotis versantur, illa scriptura omninò ut privata habebitur, & in præjudicium tertii non probat. In nostra quidem Hispania ob favorem chartæ sigillatæ sic decernitur in *L. fin. r. 25. lib. 4. R. C. Ordeno, y mando, que los contratos, obligaciones que se escribieren en dichos Escritos privados, sellados con el Sello que les corresponde, segun la calidad, y cantidad, que queda dicho en las Escrituras publicas, tengan prelación à todos los creditos personales, y quirographarios, que esten escritos en papel comun sin sello, guardandolos despues de las Escrituras publicas, y dandolos lugar entre sí mismos conforme à su antelación, sin que por esto sea visto dir à las dichas Cédulas y Escritos privados mas fuerza, fee, ni autoridad de la que por derecho tienen, y deben tener.*

184. 4. Authentice sunt scripturæ deductæ ex Archivo publico, erecto auctoritate habentis potestatem Legislativam, ut Principis Reipublicæ, vel Episcopi, ut in eo serventur instrumenta publica, facta tamen attestations ab Archivario, seu Commentariensi, vel Chancellario, sub cuius custodia est Archivum: quod talis scriptura inter authenticas servata esset. Tales etenim scripturæ vim publici instrumenti habent ratione loci, & personæ publicæ, cui est commissum Archivum ab habente potestatem constituendi instrumenta publica: ac proinde plenam fidem faciunt. *Authent. Ad hæc C. h. t.* Scriptura verò Archivi Monasterii, Civitatis, vel personæ illustris, si producat in subdito contra subditum, vel à subdito contra Dominium fidem utique facit. Si autem à Domino, Collegio, vel Communitate contra subditum producat, fidem facit in factis antiquis excedentibus hominum memoriam. Si à Domino contra extraneum producat, non plenè probat. Quippè Civitas, vel Communitas respectu extranei, censetur persona privata; aliquam tamen præsumptionem facit. 5. Libri Officialium publicorum, quales sunt Libri Parochorum, gabellarum, & alii hujusmodi scripti ab Officiali ad hoc deputato, plenè probant: etiam contra tertium: quin etiam in scribentis favorem in his, quæ ad suum officium pertinent, saltem interposito juramento. Nam hujusmodi Officiales etiam sunt deputati ad scribendam ea, quæ ipsos concernunt. Et sanè so-

la

la Parochi attestatio de facto ad ejus officium pertinente, plenè probat. Libri Monasteriorum, Ecclesiarum, Collegiorum, & aliarum Communitatum, continentes ipsarum jura, & privilegia, contra Ecclesiam, Collegium, vel Communitatem plenè probant, etiam probatione indirecta, v. gr. si sibi scribantur prædia censuaria, & non inveniatur scriptum prædium Sempronianum, tale prædium non censuale creditur, donec à communitate probetur, esse omissam talis prædii annotationem ex errore, vel oblivione. Pro Ecclesia verò, Communitate, vel Collegio, cum sint scripturæ privatae, non faciunt plenam fidem, benè tamen aliquam præsumptionem, cum tales Administratores regularitè bona fide procedant. 6. Matriculæ, & Libri Censuales, ubi est notata bonorum cujuscumque subditi æstimatio, ut exactiones imponantur, si autoritate Principis, vel Magistratus conscripti sunt, plenè profecto probant, res in eis contentas esse publicis oneribus subiectas. *L. 10. ff. de Probation.* Etiam alias ex privilegio exemptæ essent: nam creditur, Dominos earum privilegio renuntiasse, cum voluntariè res ibi describi permisissent. Si verò non possint privilegio renuntiare, neutiquam privilegio renuntiatum censetur, proindeque privilegio statur. *c. 12. de Foro competent.* Etiam probant in favorem tertii, non verò in ejus præjudicium. V. gr. si quis consensit, seu permisit, quod suum prædium ibi, ut censuale describeretur, ex hoc sanè probatur, eo tempore eum fuisse in ejus possessione, ac per consequens hæc quasi propria confessio deserviet adversario, ut probet, illud prædium fuisse illius, qui illud describere in Libro Censuali fecit. Sed cum res inter alios acta aliis non præjudicet, si ille non intervenit, nec consensit in talis prædii descriptionem, nihil absdubio contra ipsum probabit descriptio; *arg. l. 7. C. de Donation.* facit pro nostra Hispania. *L. 24. tit. 14. lib. 6. R. C. ibi: Ordenamos, que todos los pecheros contenidos en los padrones de las monedas, y perdidos, que Nos mandaremos repartir en estos nuestros Reynos, y Señoríos, que pechen, y paguen sus Cañamas de lo que por los dichos padrones pareciere que les cabe.* Equites autem, Hispani: Caballeros, & Nobiles, Hispani: Hidalgos, à certis contributionibus exempti sunt. *L. 10. tit. 2. lib. 6. R. C.* aliisque quædam privilegia, quibus nequeunt renuntiare. *L. fin. tit. 2. lib. 6. R. C.* Circa ejus nominis ethymologiam ait: *L. 2. tit. 21. p. 2. E por esto sobre todas las cosas cataron, que fuesen omes de buen*

*linage, porque se guardasen de hacer cosa, porque podiesen caer en verguenza. E porque estos fueron escogidos de buenos logares, è con algo, que quiere tanto decir en lenguaje de España, como bien, por eso los llamaron Fijos-Dalgo, que muestra tanto, como fijos de bien. E en algunos otros logares los llamaron Gentiles. Gregorius tamen Lopez ait, quod hidalgo dicitur ab Italico, quia Italici erant immunes à tributis. Et in nostra Hispania Cantabri ex suis privilegiis jure nobilitatis quædam. *Acen. in Rubr. tit. 2. lib. 6. R. C. ex n. 106. qui n. 147. ait, Nobilem, Hispanè: Hidalgo, etiam vocari Infanzón.**

185. Instrumentum privatum, non authenticum, quod simplex appellatur, est, quod est factum à persona privata, & caret adminiculis, quibus authenticum munitur. Et quidem privatum erit, etiam si factum sit à Tabellione, dum tamen in ejus confectioe, non se habeat, ut Tabellio, nec signo utatur. *Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 31.* Hujus quidem instrumenti plures species enumerantur. 1. Si quidem talis natura sunt Libri privati rationum, Hispani: Libros de Caja, in quibus datum, & acceptum, & alia conventiones annotantur à Mercatoribus. Item Libri Censuales Dominorum, Régistra, & Inventaria privata Tutorum, Curatorum, & Administratorum: & rationes à patrefamilias conscriptæ, in quibus annotatur datum, & acceptum, debitum, & solutum, & quod alii ipsis debent. Hæc cerè pro scribente non probant. *L. 6. l. 7. C. de Probation.* quia nulli in sua causa creditur: alias quilibet facillè posset sibi probationem confingere, scribendo nempe in suo Libro debitorem, quem vellet. *L. fin. r. 18. p. 3. ibi: Cà sería cosa sin razon, è contra Derecho de haber home poderio de hacer à otros sus deudores por su Escritura, quando èl quisiese.* Nisi fortè prædicta instrumenta aliis adminiculis juventur: v. gr. quod articuli sint connexi. Tunc enim, si adversarius pro se aliquem articulum talis instrumenti approbavit, etiam approbare censetur alium articulum contra se: non tamen censetur approbare cæteros articulos non connexos. *Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 38.* At verò attenda æquitate naturali, & communi consuetudine Libri Mercatorum probant semiplenè pro ipsiis, si Mercator sit integræ opinionis, & propria manu debitum scripsit, vel subscripsit, adjectis causa debiti, die, & anno: & si non solum datum, sed etiam acceptum scriptum est. Et quidem in nostra His-

pa

pania, & in Indiis in Senatum Mercatorum Regia autoritate stabelito, *Hispani: Consulado*, summarie, simpliciter, & de plano, & sine strepitu iudicii, solaque veritate inspecta, & aequitate attenda proceditur. A consulum sententia appellatur ad Praetorem Civitatis, *Hispani: Corregidor*, qui duobus Mercatoribus associatus, etiam de plano cognoscit de causa, & si primam sententiam confirmat, absque alio recursum executioni mandatur: si tamen revocet, appellatur ad ipsum, qui aliis duobus Mercatoribus associatus iterum de causa cognoscit, & ab ejus sententia non datur appellatio, supplicatio, nec alius recursus ad Cancellariam; vel etiam Supremum Senatum, sed omnino executioni mandatur talis sententia. *L. 1. tit. 13. lib. 3. R. C. l. 29. tit. 46. lib. 9. R. Ind.* Sed in Indiis in causa appellationis non cognoscit Praetor, sed ejus loco quotannis Limæ, & Mexici designatur à Pro-Rege quidam Regius Senator, ut cum Mercatoribus de his causis cognoscat. *L. 37. l. 38. t. 46. l. 9. R. Ind.* Et ut notat *Acevedo in Rubr. t. 13. lib. 3. R. C. n. 12.* Scripturis privatis Mercatorum, & litteris cambii creditur: & confessio extrajudicialis, parte, etiam absente, facta in Curia Mercatorum, ubi aequitas servatur, & ea attenda, proceditur, plenè probat, & obligat: nec multum de apicibus juris curandum est, & ibidem alios citat. Contra Scribentem utique plenè probant hujusmodi libri, tamquam ipsius deliberata confessio. Quod si inveniantur aliqua scheda à libro separata, cum non censeatur aded deliberata ac si esset consuta in libro, vel codice rationum, tantum semiplenè, etiam contra scribentem probat: nisi aliis adminiculis juvetur: nam se habet, ut confessio extrajudicialis non repetita. Pro tertio, aut contra tertium regulariter non probant tales libri, nisi ille sit socius in negotiatione, ad cujus rationem de consensu sociorum talis liber est factus: quippè tunc, etiam probat pro socio, & contra illud: imò, & pro ipso scribente, saltem accedente juramento ipsius: tunc namque plenè probat. Et ad hoc tacite videntur se socii obligasse: alias nullus veller in se suscipere onus librum faciendi. Et hoc in praxi servatur, præcipuè, cum in foro Mercatorum ex bono, & æquo procedatur, ut dictum est.

186 Inter instrumenta privata, etiam litteræ missivæ, seu Epistolæ, *Hispani: Cartas*, numerantur: quæ quidem si à scribente, vel ejus hærede sint recognitæ, plenè probant contra ipsum, & contra ejus

hæredem, mortuo eo, qui eas scripsit. Etiam pro tertio, ad quem missæ sunt: & etiamsi scriptæ sint sine testibus, nec die, nec anno. *L. 34. §. 1. ff. de Pignori. Et ibid. Gothofred.* Et etiam sine loco, & sine subscriptione, si probetur, ex oblivione esse omissas: alias non esset Epistola absoluta, & perfectæ. Nec obstat si absque cognomine scribatur, si ita ferat consuetudo. Et etiamsi ad librum rationum se referat Epistola, quæ summam certam continet: v. gr. centum aureorum, & hæc summa non sit in libro scripta; adhuc obligat ad talem summam tradendam. Secus est, si summam incertam contineat: v. gr. si quis in Epistola dicat: fateor, me tibi debere, quod in libro rationum scriptum est: nam tunc censetur confessio conditionata, scilicet, si quid in libro rationum scriptum est, consequenterque, si nihil scriptum sit, non censetur illud fieri. Charta vacua, quæ sola scribentis constat subscriptione. *Hispani: Firma en blanco*, nisi scribens postea legerit scriptum, ratumque habuerit, contra ipsum parum, vel nihil probat. Cum enim ignoret, quod scriptum est, non potest in illud consentire. *L. 10. C. de Donation. Quod si Titius Cajo scribens, ipsum moneat de aliqua summa, quam ipse Titio debet, & Cajo post lectam Epistolam non contradicat, cum possit, sed taceat, censetur Epistola à Cajo acceptata, ac proinde probat pro Titio scribente; arg. C. 16. ff. ad Senatus Cons. Macedon. Cl. 1. de Prætorat. ibi: Instrumento, vel litteris, quibus te aliquis in causis suis procuratorem constituens pro debito modo, cavet simpliciter (nulla facta protestatione) à te scienter receptis, non potes postea recusare defensionem illius: imò cogi poteris ipsum defendere in omnibus causis, & negotiis, ad quæ prædicta instrumenta, seu litteræ se extendunt: cum per hæc ad omnia tutum præstitisse videaris assensum.* Litteræ cambii, si hoc materia patiatur, & loquantur dispositivè, non tantum probationem, sed & obligationem inducunt. Etsi à parte acceptentur, vim instrumenti, sententia, & rei judicata habent. Cautiones parti à parte datæ, etiam sunt scripturæ privatæ. Quæ sanè cautiones variæ sunt. 1. Enim est *Chirographum*, quo nempe quis fateatur, negotium, quodcumque illud sit, factum esse. 2. *Syngrapha*, qua scilicet, contrahentes testantur, conventionem aliquam, vel contractum iniisse. 3. *Apocha*, sive *Quintantia*, qua creditor fateatur, debitum sibi à debitore esse solutum, & datur à creditore debitori.

His-

Hispanè dicitur: Afoald, carta de pago, y finiquito. 4. Antapocha qua videlicet, debitor fateatur, se solvisse census debitum, & datur à debitore creditori, ut hic probet, talem pecuniam pro censu, vel pensione annua esse solutam, & sic impediatur præscriptio, quam debitor, vel ejus hæres vellet objicere. Scriptura ergo privata omnino simplex, quæcumque ex prædictis sit, regulariter neque pro tertio, neque contra illum probat: quia se habet ut unius testimonium extrajudicium. Neque pro ipso scribente probat. *L. 5. l. 6. l. 7. C. de Probat.* quippè nullus in propria causa testis idoneus est, *L. 10. ff. de Testib.* Et talis scriptura tantum, ut testimonium scribentis consideratur: alias in ejus esset arbitrio, quemlibet sibi debitorem facere, & ut talem obligare, quod proculdubio valdè periculosum foret. *L. 7. C. de Prob.* facit tamen aliquam præsumptionem. At verò si eam producat adversarius, cum hoc ipso, eam approbare censatur, saltem quoad articulos connexos, consequenter pro ipso scribente probat. *Auth. Ad hoc. C. h. t.* vel si partes consentiant, quod talis scriptura fidem plenam faciat, quia cum de earum favore, & jure agatur, ei utique renuntiare valent. Vel si à parte sit recepta, & recognita, vel si scribens probet, duobus testibus, etiam ibidem non inscriptis, verum esse, quod in tali scriptura continetur. Vel si res sit parvi momenti, vel si scriptura sit jurata, vel aliis adminiculis adjuvetur; scilicet, quod scribens sit bonæ famæ, & fidelis, & quod scriptura verisimilia contineat.

187 Si scriptura simplex causam debiti exprimat, & sit à scribente recognita, hoc est, quod suam esse fateatur, etiamsi careat sigillo, vel subscriptione testium, majorem vim habet, quam confessio extrajudicialis, cum majori deliberatione scribamus, quam loquamur: plenèque contra ipsum scribentem probat. *C. 14. h. t. L. 13. C. de Non numerat. pecun.* Et sanè in nostra Hispania talis scriptura, quantumvis simplex, hoc ipso, quod à parte recognoscatur, fateaturque, verum esse, quod in ea continetur, habet paratam executionem, non minus ac si esset instrumentum publicum. *L. 119. tit. 18. p. 3. libi: Si la parte contra quien aduen tal carta como esta la otorgare, debe valer bien assi, como si fuesse fecha por mano del Escribano publico.* Quod locum habet, etiamsi careat ipsius recognoscens subscriptione. Debet tamen hæc recognitio fieri coram Judice competente, vel coram Tabellio-

Tom. I.

ne, vel alio Ministro, si ipsis hoc à Judice committatur. *L. 5. l. 6. tit. 25. lib. 4. R. C. Et ibidem Acevedo.* Quod si ob rei contumaciam illa scriptura, *Hispani: Conocimiento*, pro recognita habeatur. *Paz in Praxi, & Hevia in Cur. Philip. p. 2. §. 6. n. 3.* dicunt, non habere paratam executionem: sed contrarium quotidie prædicari dicit *Aceved. in L. 5. tit. 21. lib. 4. R. C.* Etiam habet paratam executionem scriptura recognita in judicio à Minori, si curatore careat: si verò curatore habeat, recognitio sine eo facta est nulla. *L. 22. tit. 11. lib. 5. R. C. Hevia in Cur. Philip. p. 2. §. 6. n. 5.* Scriptura in causa mutui, vel dotis, in qua mutuarius, vel maritus fateatur, accepisse mutuum, vel dotem, cum sæpè hoc faciant, vel spe mutuum accipiendi, vel ob affectionem erga sponsam, nihil contra scribentem probat: quia si intra biennium à die scripturæ exceptionem pecuniæ, vel dotis non numeratæ opponant, mutans, & dotem constituens tenentur numerationem pecuniæ, vel dotis probare. *L. 9. tit. 1. p. 5.* ubi additur, quod mutuarius non potest hanc exceptionem de pecunia non numerata opponere, quando expresse ei renuntiavit, & de hoc in ipsa scriptura constat, & sic communiter servatur. Deinde, si creditor in quocumque debito ante factam sibi solutionem, scripsit apocham de recepto debito, potest intra triginta dies opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, seu solutionis non factæ. *L. 14. §. 2. C. de Non numer. pecun.* ac proinde adversario incumbit probare, solutionem esse factam, sicut in scriptura continetur.

188 Quod si scribens non recognoscatur scripturam, ut suam, sed eam neget, nihil contra ipsum probat, donec ab adversario ab eo scriptam esse, probetur, vel per testes, qui in ipsa scriptura subscripserunt, vel per alios, qui deponat, ab eo fuisse scriptam: vel si nulli testes subscripserunt, vel non interfuerunt tempore factæ scripturæ, potest probari, eam scripturam esse debitoris, eam nempe comparando cum alia ejusdem scripturæ, quæ certè illius sit, vel quia authentica est, vel ab ipso recognita: quin & potest debitor à Judice cogi, ut coram ipso scribat, & si scriptura instrumenti valdè similis sit litteræ scripturæ, ita ut credatur utraque ejusdem manus faciet plenam probationem. Si verò utraque littera non sit clarissimè similis, semiplenam, vel etiam semiplenam minorem probationem faciet, prout Judex, qui in hac re cautus debet

Rr

esse

esse, arbitretur. In nostra tamen Hispania, licet possit aliquando hæc litterarum comparatio semiplenam probationem facere, numquam facit probationem plenam, *L. 119. tit. 18. p. 3. Et notat ibid. Greg. Lop. V. Non debet ser. creido.* Quod si instrumentum producens velit stare juramento adversarii, huic juramentum defertur, & tenetur jurare, an sua sit illa scriptura, vel non? *L. 119. tit. 18. p. 3.* Deinde, si scribens in scriptura non exprimat causam debiti, & si subscriptionem, ut suam recognoscat, si ex legitima causa neget debitum, non facit fidem scriptura contra ipsum scribentem, nisi aliunde ab adversario probetur debitum. *c. 4. h. t.* quia nulla obligatio sine causa nascitur. *§. fin. Inst. de Obligat.* ac proinde debuit exprimi in scriptura, ut hæc efficax esset. *L. 119. tit. 18. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. V. Contrazon,* nisi forte promissio in scriptura contenta facta sit causæ piæ. *c. fin. de Succes. ab intest.* vel pauperibus, vel in ultima voluntate: quippè tunc valet saltem, ut legatum. *L. 88. §. 10. ff. de Legat. 2. vel si sit geminata, vel jurata, vel conditionalis: quia conditio loco causæ succedit. Vel si sit ad liberandum debitorem. L. 40. ff. de Pañis:* quippè jura sunt ad liberandum, quam ad obligandum promptiora. Nec obstat, quod pactum nudum obligationem non pariat, cum hic non agatur de obligatione inducenda, sed de ea probanda. Præterquamquod, ut alibi diximus, de Jure Canonico, & præcipue de Jure Hispano, pactum nudum obligationem producit. *c. 1. de Pañis. L. 2. r. 16. lib. 5. R. C. Aevod. Pichard. & alii.*

189 His pro Instrumentorum cognitione prelibatis, ad ipsorum præsentationem accedamus. Instrumenta ergo sunt producenda à litigantibus post litem contestatam usque ad conclusionem in causa, etiam post publicatas attestaciones, licet aliud de testibus dictum sit. Nam hic cessat periculum subornationis, quod in testibus timetur. *c. 9. h. t.* facta tamen conclusione regulariter excluditur omnis probatio. *Glos. in c. 36. de Testib. V. Liquere.* Ador absdubio tenetur suum instrumentum reo edere, non tamen è contra. *c. 1. de Probation.* nisi in casibus ibi allatis. Sed jam generali consuetudine, præcipue in nostra Hispania receptum est, ut sicut actor reo, ita reus actori sua itidem edat instrumenta. Quod si Judex non faciat instrumenta commune, parti hoc petenti, edere, potest pars appellare. *c. 12. h. t.* quinimò, & tertius, qui aliquid ins-

trumentum habet conducens ad alterius litem, potest à Judice compelli, illud exhibere; *arg. L. 2. C. de Edend.* ut sic veritas facilius habeatur, & jus suum unicuique tribuatur. Sicut hac ratione potest quis compelli dicere testimonium, de re, quam scit. *c. 1. & per tot. de Testib. cogend.* Et quamvis Judici totum instrumentum edendum sit, ut cognoscat, an sit authenticam, & an probet, vel non intentionem partis. *c. 7. de Privileg. in 6. parti tamen sufficit edi Capitulum, de quo est questio. c. 5. h. t.* Et de eo dari copia. *L. 1. §. 1. ff. de Edend.* non tamen sunt edenda alia Capitula, nisi cum eo sint connexa, ne forte ex illis nova adversarius susciter litigia: sicut legatario non integrè editur testamentum, sed tantum pars ad ipsum pertinens. *L. 113. tit. 18. p. 3.* Et licet instrumentum privatum debeat à parte recognoscit, ut probet, non tamen publicum: quippè ad hoc sufficit publica Tabellionis autoritas. Si actor, qui debitum petit, amissit casu fortuito instrumentum, in quo fundatur ejus intentio, potest utique debitum probare, vel per testes, qui de negotio coram se greso deponant: & tunc plene probatur intentio actoris, cum duorum testimonium plenam fidem faciat. *c. 23. de Testib. L. 12. ff. eod.* vel etiam potest fieri probatio per testes, qui deponant, instrumentum legisse, & sine vitio esse: & actor debet jurare, essa amissum tale instrumentum. *L. 1. C. h. t.* Si verò actor proprio facto instrumentum amissit, quia debitori Chirographum reddidit, vel cancellavit spe futuræ solutionis, id ipsum provare debet: cum in his casibus pro debitore stet liberationis præsumptio. *L. 24. ff. de Probation.* Quod si adversarii facto instrumentum sit amissum, quia ipse illud laceravit; ne suus dolus ipsi prosit, sufficit, quod actor juret valorem instrumenti, & in eo contenta, perinde, ac si debitum esset plene probatum, consequenterque adversarius illud solve- re tenetur. *L. 20. C. de Probation.* Ecclesia tamen admittitur, si probare velit falsitatem instrumenti per Prælatum, vel Procuratorem suum lacerati: quia ipsi non debet Prælati, vel Procuratoris culpa nocere. *c. 76. de Reg. jur. in 6.* Et cum actoris Inters instrumentum edi, siquidem in eo fundat suam intentionem, ejus profectio sumptibus productio faciendæ est. *L. 4. §. fin. ff. de Edend.* ac proinde ipse solve- re debet, quidquid impendatur in copia authentica, & legitima extrahenda, vel in mittendis personis, quæ ipsum ex Judicis

authoritate videant, quando instrumentum est in aliquo Archivo, ex quo non facile possit extrahi.

190 Instrumentum, postquam in judicio productum est, & ejus est facta copia parti contrariæ, ex variis Capitibus potest impugnari: scilicet, vel quia non sit confectum à Tabellione, vel quia confectum est tamquam à Tabellione ab eo, qui non poterat esse Tabellio: v. g. quia erat servus; vel quia est factum à Tabellione excommunicato, vel non examinato. Nam si aliquis, qui non sit Tabellio, vel non sit examinatus, aliquid faciat instrumentum, ut falsus in nostra Hispania punitur, dimidia pars suorum bonorum fisco applicatur, & instrumentum nihil probat. *L. 1. l. 2. tit. 25. lib. 4. R. C.* Etiam instrumentum impugnatur, si factum est super negotio Legibus prohibito, vel sine debitis, & substantialibus solemnitatibus: vel quia non ostenditur, seu producitur originale, sed tantum copia, vel exemplum. *c. 1. h. t.* vel quia est falsum, vel de falsitate suspectum. Potestque variis modis impugnari. 1. enim per testes instrumentum impugnatur, per ipsos quidem probando ejus falsitatem. *c. 10. h. t.* si enim sunt adscripti præcisè testes necessarii ad instrumenti confectioem, si unus tantum neget, se interfuisse illius confectioem, vel dicat, factum non esse scriptum, sicut verè in re accidit, vitiatum penitus instrumentum ex defectu solemnitatis substantialis, nisi per alios testes, vel conscriptos, vel extraneos ille testis mendacii, & falsitatis convincatur. Si verò testes inscripti dicant, se interfuisse instrumenti confectioem, sed non recordari, quid factum sit inter partes, cum non impugnent contenta in instrumento, hoc utique sustinetur. Si plures, quam necessarii sint adscripti, & pro eo deponant, quot ad illud necessarii sunt, prævalent contra alios, etiam plures, impugnantes: nisi probent, quod die, quo instrumentum factum fuit, testes abfuerint, qui pro eo deponunt: tunc enim cum ex parte falsum probetur, totum redditur suspectum. Quod si instrumentum impugnetur per testes extraneos, seu non inscriptos, & testes instrumentarii constantè pro eo deponant: his adhibetur fides, nisi contrarii numero, dignitate, vel probatione excedant. Si verò instrumentarii deponere non possint, quia mortui, vel valde distantes sunt, prævalet contra instrumentum duorum testium omni exceptione majorum probatio. *L. 14. C. de Contrah. stipulat.* Siquidem testium probatio potius in veritate,

quam instrumenti probatio fundatur: Hæc etenim præcipue sisti in præsumptione, cum testium probatio omni jure plena sit, è contra verò probatio instrumenti, cum sit unius tantum testis depositio, solum est plena, non ex se, sed ex indulgentia Principis. *L. 3. tit. 19. p. 3.* Nam contra Jus Gentium fuit Jure Civili inductum, ut fides adhibetur pelli animalis mortui, ut notat *Greg. Lop. ibid. cum aliis.* Quod si pro instrumento unus testis inveniatur, tres testes sunt necessarii ad illud reprobandum: si pro ipso duo sunt testes, quatuor contra illud requiruntur; *arg. c. 10. h. t.* Et sic cum com. tenent *Paz. in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 8. ex n. 5. Hevia in Cur. Philipp. p. 1. §. 17. n. 35.* Si tamen instrumentum impugnetur ex eo, quod non inveniatur in Protocollo, seu registro, in quo debebat esse. *L. 9. tit. 19. p. 3. l. 12. l. 13. tit. 25. lib. 4. R. C.* dicendum est, quod de Jure Civili fidem non faciet; at verò in nostra Hispania non solum, quando constat, Protocollo suspectum, vel alio casu fuisse consumptum, sed etiam, quando ex culpa Tabellionis non fuit redactum instrumentum in Protocollo, si cætera requisita habeat, facit plenam fidem: si verò constat in Protocollo esse redactum, vel de hoc dubitetur, torquetur Tabellio ad veritatem investigandam, & si non appareat de amissione, habetur instrumentum suspectum: imò & nullum est. *L. 13. tit. 25. lib. 4. R. C.* Quod si jam mortuus esset Tabellio, & instrumentum esset antiquum, ipsi staretur. *Greg. Lop. in l. 9. tit. 19. p. 3. V. Un libro.* Proximum falso est instrumentum simulatum, quando scilicet de utriusque partis consensu simulatur, vel res, vel contractus, vel persona. Et certè, si res vel contractus simulentur; v. g. quod fundus ponatur pro domo, vel emptio, & venditio pro locatione, & conductione, instrumentum rejicitur. Siquidem magis debet attendi, quod actum est inter partes, quam quod simulate scriptum est. *L. 2. l. 3. C. Plus valere quod agit.* Si verò persona simulatur, quod Titius ponatur pro Sejo, actus valet, sed jus, & obligatio adquiritur non personæ fictæ, sed veræ ob Leges, & rationem præcedentes.

191 2. Instrumentum impugnatur, ex eo, quod contraria, & incompatibilia inter se contineat, vel ex eo, quod duo instrumenta ab eodem producta contraria sint, vel directè, vel indirectè, licet unum sit publicum, & aliud privatum. Nam hoc est quasi quedam confessio completens repugnantia, & tunc nulla ei, vel eis ha-

betur fides. *c. 13. h. t. l. 14. C. eod. ibi. Scripturae diversae fides sibi inuicem derogantes ab una, eademque persona prolatae nihil firmitatis habere poterunt. L. 111. tit. 18. p. 3.* Si verò à reo sit productum instrumentum contrarium instrumento actoris, nullum rejicitur: sed reus, nisi causa actoris sit favorabilis, absolvitur ab instantia Judicis, tamquam actore non probante. *c. 3. de Provation.* quia in dubio favorabiliores sunt partes rei. *c. 11. de Reg. jur. in 6.* Si aliquid ex instrumentis sit dignius, vel verisimilius, illi statur. *L. 14. C. de Contrah. vel commit. stipulat. Greg. Lop. in l. 111. tit. 18. p. 3. V. Ninguna dellas.* 3. Impugnatur instrumentum ratione sigilli, si hoc sit enormiter fractum, seu sculptura, & imago ita delet, ut non possit cognosci cujus sit, neque literæ legi, vel si figura non conveniat sigillanti; v. g. Si cum Episcopum deberet representare, Regem representet; vel si per testes possit probari, esse furtivum, vel adulterium. *c. 5. de Probation.* ubi per testes fuit probatum, quod cuidam instrumento alienationis fuit appositum sigillum Monasterii cum sine consensu Conventus fuisset illa alienatio facta: ac proinde tam instrumentum, quam sigillum erat suppositum. Etiam impugnatur sigillum, si per novam ceram sit agglutinatum Chartæ vetustæ. *c. 6. h. t.* Si sigillum est ignotum non creditur instrumento in præjudicium tertii. *c. 7. h. t.* creditur tamen si in nullius præjudicium cedat. Sic credimus, peregrinum esse Clericum per suas litteras formatas, quamvis sigillum non agnoscamus: In nostra Hispania, si instrumentum, etiam à Tabellione confectum, careat signo sui officii, non valet: nam vis habendi fidem publicam consistit in signo, tamquam in caractere Regio. *Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 31.* idem est, si Charta, in qua est scriptum instrumentum, non sit sigillata sigillo Regio, vel etiamsi sigillata sit, non tamen est sigillata sigillo correspondente illi anno, & naturæ instrumenti juxta formam præscriptam pro Regnis Hispaniæ in *L. 45. jurata L. 44. tit. 25. lib. 4. R. C.* & pro Indiis in *L. 18. tit. 23. lib. 8. R. Ind.* Sed non ex eo quod instrumentum sit nullum, statim pronuntiandum est nullum, quod in eo continetur: v. g. contractus, vel obligatio: sed solum ex nullitate instrumenti sequitur, quod ipsum instrumentum non habeat vim probandi, quod in eo continetur, sed non tollit, quod ille contractus, obligatio, vel factum in instrumento contentum probari possit aliunde per tes-

tes, vel per confessionem partis, vel alio modo *L. 1. tit. 25. lib. 4. R. C. ibi: Quæ las tales Escrituras no hagan fe, ni pruebas; aunque bien permitimos, que se puedan probar por otro genero de probanza. Aedo. in L. 13. tit. 25. lib. 4. R. C. Hevia in Cur. Philip. §. 17. n. 33.*

192 4. Impugnatur instrumentum: quia suspectum falsitatis redditur ex Cancellations, rasura, littura, vel scriptura superlineari, vel ex correctione, si invenitur in loco substantiali, & suspecto: talis est ille, ex quo rei veritas maximè dependet, ut si correctio, rasura, vel mutatio inveniantur in nominibus eorum, qui scripturam, contractum, obligationem, vel negotium fecerunt, vel in tempore dilationis, vel in quantitate debiti, vel obligationis, vel in die, mense, vel anno, quo fit obligatio, vel in loco ad solutionem destinato, vel in nominibus Judicis, Tabellionis, vel testium, vel in aliis hujusmodi. *c. 6. h. t. c. 7. de Religios. domib. L. 111. tit. 18. p. 3.* Aliud est si rasura, correctio, vel mutatio facta sit ab ipso Tabellione: quippè tunc non redditur instrumentum falsitatis suspectum: debet tamen ipse Tabellio in fine instrumenti ante subscriptionem de nominibus correctis, mutatis, vel deletis sigillatim attestari, ita ut ad litteram referat omnia, & singula verba cancellata, mutata, correctæ, vel deleta, *Hispane: Testado:* hoc modo—*Pedro—testado—no vale—Manila entre reuñones, vale.* Etiam valet instrumentum, in quo aliqua correctio invenitur, si ex antecedentibus, vel ex consequentibus, vel ex alia scriptura authentica constare possit, legendum esse, ut est correctum. Si instrumentum sit apud adversarium, ab eo presumitur vitiatum, ac proinde innocenti non præjudicat in illis rebus, quæ legi possunt in instrumento: Et sanè instrumentum quod in aliqua parte substantiali est correctum, etiamsi respectu illius suspectum sit, non tamen est suspectum respectu aliorum Capitulorum, quæ ibidem continentur, & non solum cum correcto connexa: *L. 42. C. de Transactio. nib.* Nam ut ibid. notat Gothofr. utile per inutile non vitatur. *c. 37. de Reg. jur. in 6. Greg. Lop. in L. 111. tit. 18. p. 3. V. Ninguna dellas. Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 34.* Si verò in loco non substantiali, sine quo scilicet subsistit res, quæ in instrumento continetur, sit rasura, vel correctio, non vitatur instrumentum. *c. 3. c. 11. h. t.* ubi dicitur, quod Rescriptum Apostolicum non est vitiosum pro eo, quod in his

dic-

ditione: Spoliarunt, hæc figura O. deorat. *L. 111. tit. 18. p. 3.* Si verò allegetur ab adversario, illud instrumentum non esse factum à Tabellione in eo subscribente, ex eo, quod littera non sit similis aliis ejusdem Tabellionis scriptis: cum ex hoc capite scriptura reddatur suspecta. *L. 111. tit. 18. p. 3.* Si Tabellio vivit, interrogatur, an illa scriptura sit ab illo facta, vel non? Et ejus dicto statur, sive neget, sive fateatur, esse suam: quod si Tabellio sit mortuus, vel valdè distans, jurat pars falsitatem allegans, se illam non allegare malitiosè, & pars, quæ instrumentum produxit, jurat, quod non faciet quo scripturæ veritas occultetur, & tunc Judex cum duobus peritis in arte scribendi examinabit, comparativque litteras utriusque instrumenti, & etiamsi tales periti dicant, litteram esse omninò disimilem alterius instrumenti litteræ, adhuc est in Judicis arbitrio recipere, vel repellere scripturam: siquidem hæc comparatio est species probationis valdè fallax. *L. 118. tit. 18. p. 3.* ac proinde similitudo litterarum aliquando plenam, aliquando semiplenam probationem pro circumstantiis faciet. Et similiter discurrendum est de disimilitudine contra instrumentum. *Greg. Lop. in L. 118. tit. 18. p. 3. V. Acabada.* Si verò, Tabellio fateatur, se fecisse instrumentum, & ipse sit bonæ famæ, & instrumentum sit conforme protocollo, ipsi creditur; etiamsi hoc negent testes instrumentarii. Si verò Tabellio non sit bonæ famæ, creditur testibus instrumentariis, si conformiter contra Tabellionem deponant. *L. 115. tit. 18. p. 3. Hevia in Curia Philip. p. 1. §. 17. n. 33. 5.* Impugnatur instrumentum, si contineat inverisimilia, si charta sit antiqua, & scriptura recens, si in eo non servetur communis stylus simillium instrumentorum: Si diverso atramento aliqua sint conscripta, si error non levis reperitur in instrumento. Si aliquid sit additum, vel correctum ab alio, quam Tabellione, sine hujusestatione, si aliqua pars instrumenti sit consumpta in loco suspecto, vel si est subpunctatum, scissum, vel ruptum, nisi producents probet, id casu, vel vi contigisse. Etiam est suspectum, si testium subscriptiones, ita in litterarum forma, & figura sint conformes, ut ab una manu videantur confectæ. *L. 111. tit. 18. p. 3.* Etiam redditur suspectum si produceratur à persona, quæ aliquando alia instrumenta falsa produxit. Semel namque malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, ut est commune DD. effiatum

ex *c. 8. de Reg. jur. in 6.* idem est, si aliqua folia sunt addita, vel de novo consuta etiam à Tabellionibus instrumento, vel protocollo, *c. 6. h. t.* In is enim, & in similibus casibus, erit prudentis Judicis arbitrari, quanta fides his causis debeatur. Quod si in aliqua parte probetur falsum instrumentum, non ex hoc censendum est falsum, quoad capitula inconnexa, sed tantum quoad connexa. *c. 17. 3. q. 9.* nisi falsitas circa locum versetur; quia dicitur esse factum Mexici, cum verè factum sit Manilæ: Tunc enim totum falsum censetur, cum hæc falsitas totam fidem instrumento adimere videatur. Si Tabellio ob falsitatem in suo officio commissam fuit condemnatus, licet sustineantur instrumenta ante condemnationem facta. *Arg. L. 3. ff. de Offic. Prætor.* post condemnationem tamen facta, sunt ipso jure nulla. *Arg. c. 4. de Hæret.* ubi dicitur, quod damnato Authore damnantur ejus scripturæ, Libri, & opera. Et etiam comprobatur ex *c. 8. de Reg. jur. in 6.*

De instrumentis, & qualiter fiant in singulis contractibus, & aliis actibus, & negotiis latè agitur in *Tit. 18. p. 3.* Et de Tabellionibus agitur in *Tit. 19. p. 3.* Et in *tit. 25. lib. 4. R. C.* Et ibid. *Greg. Lopez. Acedo.* & alii Doctores in h. n. tit.

TIT. XXIII.

De Præsumptionibus.

193 Præsumptio sic dicitur à præ, & sumptio, quasi ante sumptio, quia aliquid sumitur pro verò, antequam legitime probetur. Hæc quidem est alia probationis species præter dictas. *L. 8. tit. 14. p. 3. ibi: E aun ay otra natura de probar, à que llaman presumption, que quiere tanto decir, como gran sospecha, que vale tanto en algunas cosas, como averiguamiento de prueba.* Et sic potest describi: Præsumptio est ex aliquo antecedenti ad aliquid sibi connexum verisimilis deductio, sive illatio. *Greg. Lop. in L. 8. tit. 14. p. 3.* vel est probabilis conjectura ex certo signo procedens, quæ alio non adducto pro veritate habetur; vel est cognitio ex circumstantiis resultans: quæ omnes definitiones in idem recidunt. Et hinc obiter notabis, quod præsumptio, de qua in præsentii longè distat à præsumptione, quæ etiam præsentia dicitur, & est nimia suarum virium confidentia, qua fit, ut quis aggregatur, vel paratus sit aggregari aliquid, quod est

su-